

VIRVM
 MAGNIFICVM, CONSVLTISSIMVM
 ATQVE EXCELLENTISSIMVM
 DOMINVM
 D. GODOFREDVM
 SVEVVM

JVRECONSULTVM
 CONSUMMATISSIMVM
 ET IN ALMA LEVCOREA ANTECESSOREM
 EMERITVM

DIE III. MAJI ANNO MDCC XVIII.

CVM MAXIMO OMNIVM BONORVM LVCTV DEFVNCTVM
 ET DIE VIII EJVSDM MENSIS

EXEQVIIS SOLEMNIBVS

COHONESTATVM

PVBLICE LVGENT

COLLEGAE, FAVTORES ET AMICI.

VITTEMBERGAE
 LITERIS GERDESIANIS.

AK

12

VIRVM
 MAGNIFICVM CONSULISSIMVM
 ATQVE EXCELLENTISSIMVM
 DOMINVM
 D. GODOFRIDVM
 SVEVVM
 IURECONSULTVM
 CONSUMMATISSIMVM
 ET IN ALIA FACORUM INTECTORVM
 VERTITVM
 CVM MAXIMO OMNIUM HONORVM ET VIRTUTVM
 DECORE ET AVSPICIO
 EXEQUIS SOLAMINIBVS
 CONONESTATVM
 PATRE FACIT
 COLLEGE, FAVORIS ET AMICI
 PATRE FACIT
 PATRE GERMANIS



51
12



Qui bene vult artem moriendi discere
vivus,
Exemplum SVEVI cogitet us-
que memor.

Pie defuncti virtutibus
dedit

MARTINVS HASSEN,
Moral. ac Civil. Prof. Publ.
Academiz h. t. PRO-RECTOR.

Sohn / unser Ulpian / ist kaum ins Grab ge-
sencket /
Und der verstörte Geist ein wenig aufgeklärt;
Als man dis graue Haupt in einen Sarg ver-
schrencket /
Das Haupt / so ehemahls Gerechtigkeit ge-
lehrt:
Doch rühmen andere sein voriges Bemühen /
Mir ward Er allererst in Seiner Ruh bekannt.
Und diese / glaube ich / ist jenem vorzuziehen;
Weil sie der Ewigkeit viel Stunden zugewannt.
Schriets
R. Ludewig / Gr. u. Hr. von Zinzendorff
und Pottendorff.

12
SI

Lazarus Amicus noster dormit.

SVEVUS, Amor Christi, moritur, sic fama
locuta est :

Sed Christus: *Dormit noster amicus*, ait.

Si vero dormit, bene est. Cur, quæso, dolemus?

A Christo in Somno hoc vita beata datur.

Dum dormit, vivit, tuto placideque quiescit,

Et vitæ vires colligit inde novas,

Et vigil, exsurgit lætus, promteque per omnem

Vitam collaudat lingua animoque Deum.

Mæstus & gratus scribebat

CASPARVS LOESCHERVS, D.

Nimm hin, mein theurer **SVEV** / was Dir zu
guter Lezt

Mein fast erstarrter Kiel / in heißer Wehmuth sezt,

Dir / dem ich Herz und Sinn ganz sicher konte trauen,

Da sonst in der Welt auff keinen Freund zu bauen.

Wir stirbt mit Dir zugleich ein Theil des Lebens ab,

Drum seß ich diese Schrift auff Dein bethrântes Grab:

† † †
Ein Rechts = gelehrter Christ / ein Eifferer im
Beten /

Der als ein Glaubens = Held vor Zions Riß ge-
treten /

Der weder Eitelkeit noch falsches Thun geliebt /
Den Gottes Vater-Hand durch manches Creuß
geübt :

St

Ist nun an diesen Ort zu Seiner Ruhe kommen/
Und hat den schönen Ruhm mit in das Grab ge-
nommen:

Daß Er das theure Recht durch Unrecht nie
verkehrt /

Und eben so gelebt als wie Er selbst gelehrt.

Drum soll man auch den Ruhm auf diesem Stei-
ne lesen:

Daß unser SVEV zugleich gelehrt und
fromm gewesen.

Bey empfindlichen Leidwesen schriebs

GOTTLIEB WERNSDORFIVS, D.

Dicitur hocce die crux Christi salva reperta,
Quo terris spretis SVEVIUS astra petit.
O felix omen! Divo non attulit ullam,
Quin omnem potius sustulit ipse crucem!

Jcti optime meriti memoria
dabat

MARTINVS CHLADENIVS, D.

Supremum moestis animis comitamur honorem,
Et SVEVI corpus contumulamur humo.
Leucoris indulget pertristis luctibus atris,
Et dura afflictæ Fata dolet Themidis,
Juris consultum nulli Pietate secundum,
Doctorumque Decus nobile terra tegit.

GEORG. FRID. SCHROEER. D.

B

Intrat

Intrat ovans animis coelorum splendida regna
SVEVUS, quo integrius nil Viteberga tulit.

*Paucis sinit his verbis imaginem vite morumque Optimi Viri,
Collegae conjunctissimi exprimere voluit*

D. J. B. WERNHER,
Ordinarius.

Quae supra nos sunt, nihil ad nos esse, uideri,
Socratico sermo creber in ore fuit.

Quae supra nos sunt, curae Tibi, DIVE, fuerunt,
Ad rem, uisa Tibi, pertinuisse Tuam.

Ergo nec euecti supra nos busta rigamus,
Infra nos cui non, quod placuisset, erat.

Fama tamen SVEVUM, super aethera nota,
sequetur,

Nomen ad Albiacas, DIVE, loquemur aquas.

GEBH. CHRIST. BASTINELLER, D.

Sic uoti compos moreris, *Doctissime* SVEVE,

Sic uoti compos protinus astra petis?
E multo laeta nunc mente quiesce labore,
Perpetuoque DEO iubila grata cane!

GOTTFR. LVD. MENCKEN, D.

P. P.

Iustitiae Doctor Magnus, Themidosque Sacerdos

SVEVIUS in terris aetheris usque memor.

Nunc terris letus ualedicit & aethera scandit

Præluens aliis Juris utramque facem.

Sic iurisse forum decori est, causasque tulisse;

Cum dolet extinctum curia tota senem:

Exitus acta probat, moritur bene, qui bene vixit.

Qui veluti SVEVUS caelica regna capit.

Æterno honori Viri de Republ. meritisissimi
scrib.

D. CHRISTIANVS VATER,

Path. P. P. & Phys. Prov. Sax.

Funereas haurimus aquas, demergimur undis,
Saepeque mors tumido proxima ventre latet.
Et pariter nobis urnae fumus, atque cadaver,
Inque suo quiuis corpore funus habet.
Felix, qui Christo fufus, spem collocat omnem,
Is uitam aeterna lege beatus aget.

A. BRENDÉLIVS, D.

Lugentes Musae Tua funera, SVEVE, sequuntur,
Et trifti uultu fata fuprema dolent.
Os, aures, oculi, nares, & cetera membra,
Per-longo morbo languida, morte cadunt:
Vox eft in meritis, quae post Tua fata loquuntur,
Laus Tua, post mortem non moritura, uiget.

Haece obseruantiae caufa lugens scribebat

M. JO. SAMVEL LVPPIVS,
Facult. Phil. Affeffor, ejusdemque p. t. DECANVS,
& Comes Palat. Caef.

Quarto Luna refumfit vix nova cornua motu,
LEUCORIS ut magno funere triftis erat.
Nunc gemit a Parcis infiftum denuo vulnus,
Tadtaque follicitus nunc dolor offa premit.
Quos vita, ftudiis, aequi quoque cinxit amore,
Hos Deus, exceffus tempore, junxit amans.
HORNIVS, & SVEVUS, quos experientia longa
Praetulerat multis, raptus uterque fuit
Tempore non longo! Quis non haec triftia ploret,
Attonitusque premat peftore fata pio?

*Doloris & obseruantiae testandae caufa
Lugens scrib.*

JO. CHRISTOPHORVS WICH-
MANNHAVSEN,

Lingg. Orient. Prof. Publ. & Facult. Phil. Sen.

Verus amor Themidos, pietatis, & artis, in uno
Quod fimul & vere poffit habere locum,
Hoc nos exemplo Divus docuitque, & ad omnes
Transmiffit plenum laude & honore decus.

*Supremis honoribus Divi vjri, & meritis
in Academiam, & doctrina & pietatis
exemplo insignis dabat*

HENR. KRAUSINGR/
Theol. D. ejusdemque Prof. Extr.
Math. Ord.



Praemia Doctorum norat iam SVEVIUS olim,
 Quae Dia confert gratia;
 Ergo hic dum fruitur post mille incommoda mundi,
 Gratamur ipsi coelica.

scr.
 ERNEST. CHRIST. SCHROEDERVS,
 Prof. Publ.

Heu! moritur SVEVUS, Jurisque aequique peritus,
 Excellens animi dotibus egregiis.
 Consilio DIVUS fuit officiosus in omnes
 Consilii ostendens vimque fidemque sui.
 Jam uero in gremio Christi secure quiescit,
 Vivat in aeterna secula laetitia!

MART. GOTTH. LOESCHERVS. D.

Qui mundi pridem didicisti spernere nugas,
 Et bona cum uanis non peritura sequi,
 Praecipui tandem uoti conuictus, alacri
 Discedis mente, & maxima quaeque tenes.

Supremo honori & Cris excellentissimi pariter ac integerrimi d.
 JO. GVIL. JANVS, Hist. P. P.

Transiit en! paruum nunc, CONSVLTISSIME SVEVE,
 Coeptaque sunt caeli gaudia magna Tibi.
 Gratulor, at doleo, quod magna reliquerit urbem
 Cum uirtus nostram, feruida tum pietas.
 Discamus memores tam parua relinquere terrae,
 Quam caeli cupide gaudia magna sequi.

Observantiae in pie defunctum dedit
 FRIDERICVS STRVNZIUS,
 P. P. P.

Exhaustos variis grauibusque laboribus artus
 SVEVIADAE, tandem pax requiesque leuant.
 Desinit immitis longi violentia morbi,
 Nec plus excruciat membra beata dolor.
 Iamque ex instabili vita feliciter exit
 SVEVIVS, & moriens gaudia vera capit.

Moesus sudis
 JO. FRIDER. WEIDLERVS,
 Mathes. Prof. Publ.

Per

Per salebras castae Themidos properatur ad aras,
 Sentibus & spinis haec via septa, riget,
 Dicitio nec juris, nisi ruptis sentibus, usquam est,
 Vulnera ni malis mentis acerba pati.
 Hic mihi saepe bilis, mihi maxima taedia mota;
 Otia praeposui, quae placuerè magis.
 Otia dum nactus, quae sivi jura, beatam
 Reddere quae vitam, quae sine fine, queant.
 Et mihi jus dixit coeli moderator, Jova;
 Obsequium Christi lausque decusque mihi.
 Sic, mala quae fuerat, facta est bona causa. Triumpho,
 Et sanctos inter sanctus honore fruor.

*Ita Beati mentem dirinare, & pro temporis modo interpretari
 voluit*

JOH. CASPAR. HÄJERUNG / D.
 SS. Theol. Prof. Publ. Extraord. & ad D. Mariae
 Archi-Diac.

Sic SVEVUS divae degustat pocula mortis,
 Ocludit seros sine bonoque dies;
 Cui cura cordique fuit sapientia, candor
 Fulsitque soror non temerata fides.
 Sancte senex, placida precor ergo quiete fruaris
 In tumulto dulcis Te premat usque Sopor,
 E terra donec Christo inclamante resurgas
 Excitus ad superos Tuque coruscus eas.

Contestandi luctus gratia
 scribent.

JO. CASP. BRENDL, D.

So gehst DU endlich ein zu Deines HERRN Freude
 Als ein getreuer Knecht / durch längst gewünschten Tod /
 Des Glaubens Ziel ist nun erreicht / nach vielem Leide /
 Und preisest GOTT / der Dich gebracht aus Angst und Noth
 Zum sichern Port / da Du / was Stückwerk war im Wissen /
 Vor GOTTes Angesicht vollkommen kanst genießen.

Job Thielmann / D.

Meil SVEVI edler Geist am Himmel stets geliebt,
 Wenn der bemühte Leib der Erd zu Nuß gelebt /
 Wolt unter beyden sich ein harter Streit erregen /
 Wem doch das größte Recht auf beydes bezulegen?

c

Ein

Ein jedes / sprach der Todt / behalte seine Gaben;
 Du Erde solst den Leib / den Geist der Himmel haben.

D. CHRISTIAN. ~~EMMICH~~ /
 Acad. Proto-Not.

Occidit en! multis consumtus SVEVUS ab annis
 Astrææ corclum, delictumque Dica.
 Occidit heu! raræ fulgens Pietatis imago:
 Virtutis miræ non temeratus honos.
 Hinc nostra ingeminant lugubres pleetra querelas:
 Extinctumque dolet Turba Novena senem,
 Reliquias tumulo tumulumque his vocibus ornans;

Sit. Tibi. terra. levis. molliter. ossa. cubent!

D. IOHANNES GODOFREDVS KRAVS,

Quam curis lassus quaesisti, DIVE, quietem,
 Haec nunc ex voto contigit ecce! Tibi.
 Nam post multa Deo es perspectus fata fidelis
 Nunc promissa piis gaudia vera capis.

Lugens adiecit

CHRISTIAN. JACOB. HEIL, D.

Morbus, si uerum tum, quod fiet ipsa senectus;
 Illa praedulcis sic melior requies.
 Vt festus porro metam petit ipse Viator,
 Egrotans uitae sic cupit aequae suae,
 Finem. Fecit & hoc Celebris SVEVUS, moribundus
 Optans iam sedulo fata beata diu.

h. d. f.
 CHRISTIANVS Hoffmann /
 Phil. & J. V. D.

Mer herzlich GOTT / und seinem Nechsten dient /
 Mit Preis und Glauben dem / und dem mit Rath und Schwei-
 gen;
 Macht dort die Grohne sich und hier den Lorber eigen /
 Da jene nie verwelcktt / und dieser ewig grünt.

Zu Bezeugung schuldiger Willfährigkeit
 schrieb dieses
 CHRISTIANVS ~~EMMICH~~ / D.

Prodoctum SVEVUM desiderat alma Minerva,
 Largum pauperies, templaque sancta pium;
 Sed minus illa poli desiderat aula beatum
 In domini DIVUS gaudet ovatque sinu.

JO. CHRIST. OERTEL, D.

Sancta Themis, quae causa tibi, cur lumina flectis?
 Dic mihi, cur gemitus imo de pectore fundis?
 Scilicet agnoscis veteris vestigia luctus,
 Cogaris infandum cordis renovare dolorem.
Hornius haud dudum truci succumbere morti
 Jussus erat, manes Pietas curare sepultos
 Mandabat, subito matris praecepta facescis.
 Nondum finis adest, datur altera causa laboris,
 Jamque Virum sequitur SVEVUS, qui passibus æquis
 Ad tumulum graditur, fama super aethera notus.
 Heu mihi, quam felix poterat componere lites!
 Magna *Viri* virtus animo, multusque recurvat
 Ardor cum studio justii. Qvis talia fando
 Assequitur, rapuit quæ nunc violentia mortis?
 At lubuit *Nostro* tandem sic ire sub umbras.
 Exulat in mundo justum, justique Sacerdos
 Hinc voluit justas justorum visere sedes,
 Linqvere pollutum hospitium, discedere terra.

Lugens adjecit

JOH. GEORG. CONRADI, D.

Tandem nil aliud restat mortalibus aegris,
 Suntque nihil nobis, quam caeva busta, super.
 Huc omnes redeunt, hic languida membra quiescunt.
 Post tot moerores tristitiasque graves.
 Ast Te Doctorem Magnum ploramus ademptum,
 Te fulcrum Themidos, justitiaeque Decus.
 Quis melius poterat nodosas solvere Leges,
 Quis melius poterat reddere jura fori?
 Interea lacrimis justis, justoque dolore
 Omnes lugemus funera moesta *Tua*.

G 2

Tu

S) 12

*Tu tamen in tumulto post tot requiesce labores,
Fortunate Senex, nam Tua fama manet.*

Johann Koething/ D.

S*ancta profeccha uocat nec non subsellia docta,
Thura minus fumant, orba Minerva sedet.
Maecenas etenim moritur supplexque precator.
Hinc abit in lucrum Musa Themisque sacra.*

Observantiae causa
scrib.

JOH. THEOPHILVS HOLSTEIN, D.

J*ustitiae quondam Sapiens aequusque Sacerdos,
SVEVUS Sacratum gaudet adire polum.
Terraepertaeus sanctissima limina quaerit,
Optata cupiunt membra quiete frui.
Sacra Viri tanti remanebit imago, peribit
Nunquam virtutis gloria, fama, decus.*

ABR. VATER, D.

Tandem bona causa triumphat.

D*arff ich, Wohl = Seeliger / Dich noch in Deiner
Grufft,
Als einen Practicum und Rechts-Gelehrten fragen,
Was Du auf diesen Satz wohl wirst zur Antwort sagen,
So hör ich wie Dein Mund bereits schon selber rufft:
Die gute Sache trägt zuletzt den Sieg davon /
Warumb? Gerechtigkeit empfängt gewissen Lohn.*

Du

Du warest ja wohl recht ein Hiob unsrer Zeit /
 Auf den das liebe Creuz so Hauffen-weise stürmte
 Und sich stets über Dir so lange hefftig thürmte,
 Biß es Dir manche Noth und Kummer zubereit.
 Und was war dieses nicht vor eine Creuzes-Last,
 Die Du als Patient bisher ertragen hast?

Doch endlich stund Dir GOTT mit seiner Hülffe bey,
 Und wies, Er fenne bald gerecht und guten Sachen,
 Dergleichen Du geführet, ein solches Ende machen,
 Das uns in Ewigkeit beglückt und selig sey.
 So, daß Dein froher Geist nicht gnug erzehlen kan,
 Wie wohl des Höchsten Hand an Dir hierdurch gethan.

Zum wohlverdienten Nachruhm und Eh-
 ren schriebs des Seligst Verstorbenen
 Reichs-Vater

M. AVGVSTVS BDEZ! Pred.

Quid multis? Pater occumbit prob! summa
 doloris
 Hæc est, & gemitus unica causa mei.

Tristi & logubri animo hæc apponere debuit

M. JOHANNES HENRICVS REISMANNVS,
Ecclesiastes.

Sat sibi, sat patriæ uixit, cui rite peractis
 Omnibus officiis,
 Mors pia, Mors optata diu, Mors lumina claudit
 Cœlica ad astra uehens.

D

His

His Tu macte bonis, SVEVI, quæ sæpe petebas.
Molliter ossa cubent.

*Hæc in obitum Viri Magnifici & Con-
sultissimi Iugens scripsit*

M. JO. EPHR. HARTVNG, Diac.

So hast Du endlich nun, Hoch=Seeliger / gefunden /
Das längst erwünschte Wohl, wohl Dir bey dieser
Ruh!

Du ruhest höchst=vergnügt in Deines Jesu Wunden,
Dein starcker Heyland drückt die schwachen Augen zu.

M. Herrmann Becker / Adj.

Qui persentiscunt presentis tadia vite,
Sapius ad cælum vota precesque ferunt.
Sufficit: ingeminat clarusque Propheta stupendis
Miraculis, animam tolle Deusque meam.
Nunc, viso Christo, famulum dimitte, benigne
Despota, nireus cantica promit olor.
Dissolvi cupio, sic dixit Apostolus inquit,
Ut tecum mihi sit mansio, Christe, poli.
Hæc bona mens SVEVO, celebri jurisque perito,
Ac pietate gravi, vota fuisse sacra.
Cum, pro more, VIRO Fani faustasque calendas
Optarem, vitam ducat in orbe diu;
Quin potius, dixit, si que bona verba supersint,
Me DEVS eripiat, inque precare, brevi.
Fam voti compos, vitæque fruarere perenni:
Haud satias hujus teque gravare potest.
HORNIVS Illustris cum fata suprema subiret,
Collegæ SVEVUS discupit esse comes.

Ante.

1251
Anteque-Cessorem senior *sequitur* juniorem:
Nunc aetate simul sunt & honore pares.

Immortali Nomini, Honorique indelebili Evergetæ
desideratissimi mnemonon appendere volui
debuique

M. GEORGIVS MICHAELIS CASSAI,

Hungarus,
Collegii, Philosoph. ad Albim, Assessor.

En! pietas, candor, virtus, &, quicquid honesti,
Conditur hoc tumulo, mens viget alta polo.

M. GODOFREDVS VVAGENERVS,

Ord. Philos. Adj. & Lyc. ConR.

En! *justi rectique tenax, Themidosque Sacerdos,*
Insigni magnus virtute & nomine, SVEVVS,
Iustorum in coelis gaudet splendente corona.
Vivere sic Iustum, sic occubuisse, decebat.

Observantiae testandae causa ser.

M. CHRISTIANVS BERNHARD. BVCHER,

Fac. Phil. Assessor.

Dum SVEVVS excessit, doleamus, multa perisse
Commoda, quae precibus contulit ille suis.
Ipse sibi vixit notus, mundumque negavit,
Jam coelo illatus, praemia digna capit.

Lugens deproperabat

M. JO. CHRISTOPHORVS COLERVS,

Ord. Philos. Assessor.

D 2

Vi-

Viuis excessit SVEVUS! Vox horrida cunctis
 Vifa est, quos tenuit Nominis auctus amor.
 Consilio pauidis, operaque petentibus, aere
 Nec paucis, hilari fronte ferebat opem.
 Diuinae uocis fuerit quam uerus amicus,
 Quae petiit constans, id loca sacra docent.
 Diue, quis haut coluit placidum Te? Vel, quis
 amaui,
 Quin optet, fatis ut superesse queas?
 At meliora cupis, iuste spernensque caduca,
 Auerfo uultu, tendis ad astra Poli.

Eios Diui manes ueneratus, deproperabat

M. JO. ADOLPHVS MVLLER,
 Ord. Philof. Assell.

Virus qui fueras uiruae pietatis imago,
 Quid mirum celsa superum quod sede loceris?
 Funera lugemus; sed quae sunt limina uitae
 Gratamur, meriti memores qui uiruumus ampli.

Honoris & obseruantiae iergo f.

M. FRIDER. JACOB. FIRNHABER, Adj.

Nil florens uirtus, nil blanda munera fortis,
 Inuisas mortis detinuere manus.
 Sors melior iustis in coelo morte paratur,
 Heredes tales non rapit atra dies.

Doloris & cultus testandi causa adscripsit

M. IUSTVS CHRISTIANVS THORSCHMIDT,
 Fac. Phil. Adjunctus.

Magna molis erat Themidis sudare labori,
 Majoris molis uincere fata, fuit.

1251

*Vicisti SVEVI, privatam ducere vitam
Adfoetus, duri nil habet ista quies.
Sic tandem plenum misera de sorte triumphum
Admixtus superis sedibus hospes agis.*

]Cui Celeberrimi mortem lugeat
M. ERDM. GOTHOF. CAMENTIVS,
Fac. Phil. Adj.

Nondum cessarunt nostri tormenta doloris,
Quem fecit Magni mors onerosa Viri.
En novus exoritur luctus. Plorate Camoenae!
Nam SVEVVS moritur, splendor, honorque fori.
Sic nos invadunt numerosa damna caterva
Quando convenient nos iterata Bona?

*Paucis hifce animum & condolentem & observantem
exponere voluit*

M. H. VV. BIEL, Ord. Phil. Adffessor.

Cum gremium terra se vestit, cespit leto,
Arbor & umbrosas explicat alta comas.
SVEVUS, permagnum Themidos decus atque columna,
Occumbit, claudens lumina morte sua.
Aonidum pectus merito dolor occupat ingens,
Et Divi casum Leucoris alma gemit.
Sed nofter senio, morbis multoque labore
Fessus, perpetui tempora veris habet,
Ac hyemem canam concludit, labe relicta
Mundi. Gratamur sic TIBI, sancte fenex.

Affectus testandi causa dedit
M. JOH. ZACHARIAS HILLIGER,
Fac. Phil. Aff.

Felix, qui moritur, licet baud mors omnibus una,
At lactus moritur, qui petit astra poli.
Haec, dum vixit, erat SVEVI meditatio semper.
Hinc felix moriens laetus ad astra uolat.

Haec pauca in Divi gratam recordationem adicere noluit
M. CHRISTIANVS PFVEZNERVS,
Fac. Phil. Adffessor.

E

Sicci-

1251

Siccine in aeternam tua lumina claudere noctem,
 Et dulcem vitam linquere, SVEVE, juvat?
 Post exantlatos duros magnosque labores,
 Exhausto, dicis, chara mihi requies.
 Haud etenim dulcis mortalibus est, sed amara
 Vita, malis undans. Hinc mihi dulce mori.
 Nunc autem teneris Christi recreabor in hortis.
 Hic pascent animam lilia mista rosis.
 Felix! o nimium felix! qui tanta reportas
 Praemia! Post cursum gaudia mille capis.
 Non sane melior quisquam nec amantior aequi
 Te fuit, exemplar qui pietatis eras.
 At nunc aeternum blandis relevatus in ulnis
 Christi, perpetuo laetitiae frui!

Deprop.

M. JO. ANDREAS CLEFFELIVS,
 Fac. Phil. Affect.

Quem virtus pridem fama super aethera notum
 Reddidit, illius nunc mens super aethera tendit.
 Leucorides plangunt, gemitusque ad sidera mittunt;
 Dum SVEVVS moritur, licet indulgere dolori.

M. JO. CHRISTIANVS ERNESTI;
 Fac. Phil. Affector.

*Sic Tua, magne SVEVI, tandem bona causa triumphat,
 Actor quam longa lite moratus erat.
 Causam namque Tuam Judex Tuus egerat ipse:
 Hinc letus sella judicis ipse sedes.*

M. J. G. BOHN, Fac. Phil. Affect.

DIVE, Tuane cadis causa? vel vincis eandem?
 Terra capit corpus, spiritus astra Tuus.
 Membra licet superet vis mortis & ossa putrescant.
 Saepius & multum succubuisse juvat.
 Haec, cum jactura minima, victoria parta est,
 Quae Tibi cum magno foenore cuncta refert.

M. MARTINVS CNOBLOCHIVS
 Lyc. Vitemb. Rector.

Mis jüngst der Tag des HErrn war glücklich angebrochen /
Der von Barmherzigkeit den schönen Nahmen führt /
Ward uns aus Christi Mund erfreulich zugesprochen:

Das er ein Hirte sey / dem aller Preis gebührt.
Ein Hirte / fromm und gut; Ein Hirte / der das Leben
Vor seine Schaaf läßt / und ihrer bestens pflegt:
Der allen will und kan das rechte Leben geben /
Das keine Sterblichkeit und eitles Wesen hegt. *

Diß nahm der Seelige / ein Schaaf von Christi Heerde /
Zum Trost im Sterben an / und wünschte siets darbey:
Das er doch sanfft und wohl fein bald erlöset werde /
Damit er ewiglich bey seinem Hirten sey.

Und siehe / Gott der HErr erfüllte sein Begehren;
Weil er zwey Tage drauff ein selig Ende nahm.
Ach! das war ja für Ihn ein höchst beglückt Bewehren;
Denn Er der Seelen nach so fort zu Jesu kam.

Allda genießet Er die allerbeste Wende /
Die Ihn recht sättiget / und volle Gnüge giebt.
Nun gönnen wir Ihm zwar ganz gerne solche Freude;
Doch macht sein Todes-Fall uns inniglich betrübt.

* Alluditor ad Evang. ex Joh. X. v. 11. - 16. Dominic. Miseric. Dn.

Seinem im Leben gewesenem grossen Gönner
zu schuldigten Ehren fügte dieses mit trau-
riger Feder hinzu

JOH. GOTTFR. THOMAE,
Cantor ad Aedem Marianam.

Defunctus, Christo commendans se, omnia spredit
Mundana, & crebras protulit ore preces.
Illius idcirco nomen laudesque manebunt;
Videt & in requie paceque perpetua.

M. ANDREAS Böttcher / Schol.
Oppid. Coll. IV.

Es ist / Hochseeligster / numehro Dein Verlangen
Gestillt durch deinen Gott / Du kansst nun herrlich prangen
Im schönen Himmels-Saal: Genieß der süßen Lust /
Die uns / als Sterblichen / noch bleibet unbewußt.

M. Jeremiaß Pilarik /
Coll. V. und Senior.



.S1/2

Wie sich ein Schiffer sehnt nach einem sichern Port!
Wenn durch der Winde Macht von ungeheuren
Wellen

Er umgetrieben wird / die öfters gar zerschellen
Das leichte Fichten-Haus : So sehnt sich nach dem Ort
Ein wahres Christen-Herk! allwo es sicher lebt.

Auf diesem Welt-Meer ist doch wenig guts zu hoffen :
Es kan auch treffen uns / was viele schon betroffen!
Wenn sich ein Unglücks-Sturm bald hier bald dort erhebt.
Wer diesen Port erlanget / den schon erlanget hat!

Der Hoch-Seelge / fürwahr der ist mit Recht zu schätzen
Recht selig / weil ER sich mit Jesu kan ergehen!
Weil niemand ihn vertreibt aus jener Himmels-Stadt!

Zu letzter Ehren-Bezeugung schriebe dieses

JOHANN HORNBEIN / Coll. VI.



Ms. Specimen 10
Coll. V. 10. 10. 10.

78 M 396

ULB Halle 3
001 514 261




sk.



72.

aris, quam sanctimoniae,
clarus, et Anna Doro-
blomaci Reusneri, filia,



VIRVM
 MAGNIFICVM, CONSVLTISSIMVM
 ATQVE EXCELLENTISSIMVM
 DOMINVM
 D. GODOFREDVM
 SVEVVM
 IURECONSULTVM
 CONSUMMATISSIMVM
 ET IN ALMA LEVCOREA ANTECESSOREM
 EMERITVM
 DIE III. MAJI ANNO M DCC XVIII.
 CVM MAXIMO OMNIVM BONORVM LVCTV DEFVNCTVM
 ET DIE VIII. EIVSDEM MENSIS
 EXEQVIIS SOLEMNIBVS
 COHONESTATVM
 PVBLICE LVGENT
 COLLEGAE, FAVTORES ET AMICI.

VITTEMBERGAE
 LITERIS GERDESIANIS.

am, pio celebrique ritu,
nam receptus ad gra-
cc XVIII

AK

